potentes. Bacchides autez erat in dex
tro cornu: & proximauit legio ex dua
bus partibus & clamabant tubis. Excla
mauerunt autem & hi qui erant ex par
te iude etiam ipſi: & cōmota eſt terra a
voce exercituuꝫ: & cōmiſſum eſt preli
um a mane vſq; ad veſperam. Et vidit
iudas q̄ firmior eſt pars exercitus bac
chidis in dextris: & conuenerunt cum
ipſo omnes conſtantes corde: & con
trita eſt dextera pars ab eis ooooooooo

caſtra in eleaſa. τ tres mille viri
βλικὼς ἐν ἐλεάσα. καὶ τρισχίλιοι ἄνδρες
electi cū eo. τ viderunt multitudiēm
ἐκλεκτοὶ μετ' αὐτοῦ. καὶ εἶδον τὸ πλῆθος τῶν
exercituū qm̄ multi ſunt: τ timuerunt
δυνάμεων ὅτι πολλοί εἰσι, καὶ ἐφοβήθησαν
valde. τ ſubtraxerunt ſe multi de
σφόδρα. καὶ ἐξερρύησαν πολλοὶ ἀπὸ τῆς
caſtris. nō relicti ſunt ex eis
παρεμβολῆς. οὐ κατελείφθησαν ἐξ αὐτῶν
niſi octingēti viri. τ vidit iudas
ἀλλ' ἢ ὀκτακόσιοι ἄνδρες. καὶ εἶδεν ἰούδας
qđ defluerēt caſtra ſua: τ bel
ὅτι ἀπερρύη ἡ παρεμβολὴ αὐτοῦ, καὶ ὁ πό
lū affligebat cū: τ cōfract⁹ eſt cor
λεμος ἔθλιβεν αὐτόν, καὶ συνετρίβη τῇ καρ
de qm̄ nō habuit tps vt cōgregaret. eos.
δίᾳ ὅτι οὐκ εἶχε καιρὸν συναγαγεῖν αὐτούς.
τ diſſolut⁹ ē. τ dixit relictis.
καὶ ἐξελύθη. καὶ εἶπε τοῖς καταλειφθεῖσιν.
ſurgam⁹ τ aſcēdam⁹ ad cōtra
ἀναστῶμεν καὶ ἀναβῶμεν ἐπὶ τοὺς ὑπεναντί
rios nr̄os. ſi forte poterim⁹ debellare e
ους ἡμῶν. ἐὰν ἄρα δυνώμεθα πολεμῆσαι αὐ
os. τ auerterūt eū dicētes. nō
τούς. καὶ ἀπέστρεψαν αὐτὸν λέγοντες. οὐ μὴ
poterim⁹ ſed liberem⁹ nr̄as ani
δυνώμεθα ἀλλ' ἢ σώζωμεν τὰς ἑαυτῶν ψυ
mas nūc reuertere. τ fratres nr̄i
χὰς τὸ νῦν ἐπίστρεψον. καὶ οἱ ἀδελφοὶ ἡμῶν
defluxerunt. τ pugnabim⁹ cōtra eos.
ἀπερρύησαν. καὶ πολεμήσωμεν πρὸς αὐτούς.
nos āt pauci. τ dixit iudas. nō mihi ſit
ἡμεῖς δὲ ὀλίγοι. καὶ εἶπεν ἰούδας. μὴ μοι γέ
res hec: facere vt fugiam⁹ ab e
νοιτο πρᾶγμα τοῦτο, ποιῆσαι φυγεῖν ἀπ' αὐ
is. τ appropiquauit tps nr̄m τ moria
τῶν. καὶ ἤγγικεν ὁ καιρὸς ἡμῶν καὶ ἀποθάνω
mur fortiter ꝓpter fratres nr̄os. τ
μὴ ἀνδρία χάριν τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν. καὶ
nō relinquam⁹ crimē glie nr̄e. τ
μὴ καταλίπωμεν αἰτίαν τῇ δόξῃ ἡμῶν. καὶ
mouit exercit⁹ de caſtris.
ἀπῆρεν ἡ δύναμις ἀπὸ τῆς παρεμβολῆς.
τ ſteterūt in occurſum eis. τ diui
καὶ ἔστησαν εἰς συνάντησιν αὐτοῖς. καὶ ἐμερί
ſus ē equitat⁹ i duas ptes. τ fundibularij
σθη ἡ ἵππος δύο μέρη. καὶ οἱ σφενδονῆται καὶ
ſagittarij pībāt exercitū. τ
οἱ τοξόται προεπορεύοντο τῆς δυνάμεως. καὶ οἱ
ꝑmi certatores oēs potētes. bacchides āt
πρωτοπορευόμενοι πάντες οἱ δυνατοί. βακχίδης δὲ
erat i dextro cornu. τ appropiquauit phalāx
ἦν ἐν τῷ δεξιῷ κέρατι. καὶ ἤγγισεν ἡ φάλαγξ
a duab⁹ ptib⁹ τ cecinerūt tubis:
ἐκ τῶν δύο μερῶν καὶ ἐφώνουν ταῖς σάλπιγ
τ cecinerūt q̄ a pte iude τ ipſi
ξι, καὶ ἐσάλπισαν οἱ παρὰ ἰούδα καὶ αὐτοὶ
tubis: τ cōmota eſt terra a
ταῖς σάλπιγξι, καὶ ἐσαλεύθη ἡ γῆ ἀπὸ τῆς
voce exercituū. τ fuit prelī
φωνῆς τῶν παρεμβολῶν. καὶ ἐγένετο ὁ πόλε
um cōmiſſum a mane vſq; ad veſperā.
μος συνημμένος ἀπὸ πρωΐθεν ἕως ἑσπέρας.
τ vidit iudas q̄ bacchides τ firma
καὶ εἶδεν ἰούδας ὅτι βακχίδης καὶ τὸ στερέ
mētū exercit⁹ in dextris. τ
ωμα τῆς παρεμβολῆς ἐν τοῖς δεξιοῖς. καὶ
cōuenerunt cū eo oēs animoſi cor
συνῆλθον αὐτῷ πάντες οἱ εὐψυχοι τῇ καρ
de: τ cōfracti eſt dextri cornu ab ipis
δία καὶ συνετρίβη τὸ δεξιὸν κέρας ἀπ' αὐτῶν

Universidad de Deusto
Biblioteca

τ psecuti sũt post eos vsq; ad azoti mõtẽ.
καὶ ἐδίωκον ὀπίσω αὐτῶν ἕως ἀζώτου ὄρους.
τ q̃ in sinistro cornu viderũt q̃ cõtri=
καὶ οἱ ἐις τὸ ἀριστερὸν κέρας εἶδον ὅτι συνε
tũ est dextrũ cornu: τ reuersi sũt fm
τρίβη τὸ δεξιὸν κέρας, καὶ ἐπέστρεψαν κατὰ
pedes iude τ eq̃ cũ eo a
πόδας ἰούδου καὶ τῶν μετ' αὐτοῦ ἐκ τῶν
tergo: τ ingrauatũ ẽ preliũ: τ ecci=
ὄπισθεν, καὶ ἐβαρύνθη ὁ πόλεμος, καὶ ἔπε
derũt vulnerati multi ex his τ ex
σον τραυματίαι πολλοὶ ἐκ τούτων καὶ ἐκ
his. τ iudas cecidit: τ reliqui fuge
τούτων. καὶ ἰούδας ἔπεσε, καὶ οἱ λοιποὶ ἔφυ
rũt. τ tulerũt ionathã τ simõ iudã
γον. καὶ ἦραν ἰωνάθαν καὶ σίμων ἰούδαν τὸν
fratrẽ suũ: τ sepelierũt eũ in se=
ἀδελφὸν αὐτῶν, καὶ ἔθαψαν αὐτὸν ἐν τῷ τά
pultura patrũ ei9 in modin. τ luxe=
φῳ τῶν πατέρων αὐτοῦ ἐν μωδεῖν. καὶ ἔκλαυ
rũt eũ τ plãxerũt eũ ois israel
σαν αὐτὸν καὶ ἐκόψαντο αὐτὸν πᾶς ἰσραὴλ
plãctu magno. τ plorauerũt dies mul=
κοπετὸν μέγαν. καὶ ἐπένθουν ἡμέρας πολ'
tos τ dixerũt. q̃m̃ cecidit potẽs saluãs
λὰς καὶ εἶπαν. πῶς ἔπεσε δυνατὸς σώζων
israel. τ reliqua simonũ iu=
τὸν ἰσραήλ. καὶ τὰ περισσὰ τῶν λόγων ἰού=
de τ bellor τ facinor
δα καὶ τῶν πολέμων καὶ τῶν ἀνδραγαθι
q̃ fecit τ magnitudinis eor
ῶν ὧν ἐποίησε καὶ τῆς μεγαλωσύνης αὐτῶν
nõ sunt scripta. multa enĩ erãt valde. τ
οὐ κατεγράφη· πολλὰ γὰρ ἦν σφόδρα. καὶ
factũ est post mortẽ iude: emerserũt
ἐγένετο μετὰ τὴν τελευτὴν ἰούδα, ἐξέκυψαν
iniqui in oĩb9 terminis israel. τ
οἱ ἄνομοι ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις ἰσραήλ. καὶ
exorti sunt oẽs operãtes iniqta
ἀνέτειλαν πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀδικί
tẽ. in dieb9 illis facta ẽ fames
αν. ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐγενήθη λιμὸς
magna valde. τ rebellauit regio cũ
μέγας σφόδρα. καὶ ἠνομώλησεν ἡ χώρα με
ipis. τ elegit bacchides im=
τ' αὐτῶν. καὶ ἐξελέξε βακχίδης τοὺς ἀσε=
pios viros: τ cõstituit eos dños
βεῖς ἄνδρας, καὶ κατέστησεν αὐτοὺς κυρίους
regionis. τ exq̃rebãt τ scrutabanr
τῆς χώρας. καὶ ἐξεζήτουν καὶ ἐξηρεύνων τοὺς
amicos iude. τ duxerũt eos ad bacchi
φίλους ἰούδα. καὶ ἦγον αὐτοὺς πρὸς βακχί
dẽ: τ vidicabat in illos: τ illudebat eos.
δην, καὶ ἐξεδίκα αὐτούς, καὶ ἐνέπαιζεν αὐτοῖς.
τ facta ẽ tribulatio magna in israel: q̃
καὶ ἐγένετο θλῖψις μεγάλη ἐν τῷ ἰσραήλ, ἥτις
nõ est facta aqua die nõ est visus ꝓpheta
οὐκ ἐγένετο ἀφ' ἧς ἡμέρας οὐκ ὤφθη προφήτης
eis: τ cõgregati sunt oẽs amici
αὐτοῖς. καὶ ἠθροίσθησαν πάντες οἱ φίλοι
iude τ dixerũt ionathe. ex quo fra
ἰούδα καὶ εἶπον τῷ ἰωνάθαν. ἀφ' οὗ ὁ ἀδελ
ter tu9 iudas mortu9 est: τ vir simi=
φός σου ἰούδας τετελεύτηκε, καὶ ἀνὴρ ὅμοι=
lis ci nõ est ad exciũdũ cõtra inimicos
ος αὐτῷ οὐκ ἔστιν ἐξελθεῖν πρὸς τοὺς ἐχθροὺς
τ bacchidẽ. τ in inimicos
καὶ βακχίδην. καὶ ἐν τοῖς ἐχθραίνουσι τοῦ
gẽtis nr̃e. nũc igit̃ te elegim9 ho=
ἔθνους ἡμῶν. νῦν οὖν σε αἱρετισάμεθα σήμε=
die vt sis p̃to eo nobis in principẽ
ρον τοῦ εἶναι ἀντ' αὐτοῦ ἡμῖν εἰς ἄρχοντα

& persecutus est eos vsq; ad montẽ azo
ti. Et qui in siniſtro cornu erant vide=
runt q̃ contritum est dextrum cornu:
& secuti sunt post iudam & eos qui cuꝫ
ipso erant a tergo. Et ingrauatũ est pre
lium & ceciderunt vulnerati multi ex
his et ex illis. Et iudas cecidit: & ceteri
fugerunt. Et ionathas & simon tulerũt
iudam fratrem suum: & sepelierunt eũ
in sepulchro patrum suorum in ciuita=
te modin. Et fleuerunt eum omnis po=
pulus israel planctu magno: & lugebãt
dies multos et dixerunt. Quomodo ꝛce
cidit potens qui saluum faciebat popu
lum israel. Et cetera verba bellorum iu
de & virtutum quas fecit: & magnitudi
nis eius non sunt descripta. Multa enĩ
erant valde. Et factum est post obitum
iude emerserunt iniqui in omnibus fi=
nibus israel: & exorti sunt omnes qui
operabãtur iniquitatem. In dieb9 illis
facta est fames magna valde: & tradidit
se bacchidi omnis regio eorum cũ ipis:
Et elegit bacchides viros impios & con
stituit eos dominos regionis: & exquire
bant & perscrutabantur amicos iude: &
adducebant eos ad bacchidem: & vin=
dicabat in illos & illudebat. Et facta est
tribulatio magna in israel: qualis non
fuit ex die qua non est visus propheta
in israel: et congregati sunt omnes ami
ci iude: & dixerunt ionathe. Exquo fra
ter tuus iudas defunctus est: vir similis
ei non est qui exeat contra inimicos no
stros bacchidem & eos qui inimici sunt
gentis nostre. Nunc itaq; te hodie elegi
mus esse pro eo nobis in principem &
ducem ad bellandum bellum nostrum.
Et suscepit ionathas tempore illo prin
cipatuꝫ: & surrexit loco iude fratris sui:
& cognouit bacchides: & querebat euꝫ
occidere: & cognouit ionathas & simõ
frater eius et omnes qui cum eo erant:
& fugerunt in desertum thecue: & cõse
derũt ad aquam lacus asphar: & cogno
uit bacchides: & die sabbatorum venit
ipse et omnis exercitus eius trãs iorda=
nem: & ionathas misit fratrem suuꝫ du
cem populi: & rogauit nabutheos ami=
cos suos vt cõmodarent illis apparatũ
suum qui erat copiosus: & exierunt filii
iambri ex madaba: & comprehẽderũt
iohannẽ et omnia que habebat: & abie
runt habentes ea. Post hec verba renũ
ciatum est ionathe et simoni fratri eius:
quia filii iambri faciũt nuptias magnas
& ducunt sponsaꝫ ex madaba filiã vni9
de magnis principibus chanaan cũ am
bitione magna: & recordati sunt san=
guinis iohãnis fratris sui: & ascenderũt
& absconderunt se sub tegumento mõ
tis: & eleuauerunt oculos suos & vide=
runt et ecce tumultus et aparatus mul=
tus: et sponsus processit et amici eius &
fratres eius obuiam illis cum tympanis
& musicis & armis multis: et surrexerũt
ad eos ex insidiis: & occiderunt eos:
& ceciderunt vulnerati multi: & resi=
dui fugerunt in montes: & acceperũt
omnia spolia eorum: & conuerse sunt
nuptie in luctũ: & vox musicorum

τ ducẽ vt pugnes pugnã
καὶ ἡγούμενον τοῦ πολεμῆσαι τὸν πόλεμον
nr̃am. τ suscepit ionathã in tẽpe
ἡμῶν. καὶ ἐπεδέξατο ἰωνάθαν ἐν τῷ καιρῷ
illo ducatũ: τ surrexit ꝓ iuda
ἐκείνῳ τὴν ἡγησιν, καὶ ἀνέστη ἀντὶ ἰούδα τοῦ
fratre suo. τ cognouit bacchides τ
ἀδελφοῦ αὐτοῦ. καὶ ἔγνω βακχίδης καὶ
q̃rebat eũ occidere: τ cognouit ionathas
ἐζήτει αὐτὸν ἀποκτεῖναι, καὶ ἔγνω ἰωνάθαν
τ simõ frater ei9 τ omnes q̃
καὶ σίμων ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ καὶ πάντες οἱ
cũ eo: τ fugerũt in desertũ thecoe.
μετ' αὐτοῦ, καὶ ἔφυγον εἰς τὴν ἔρημον θεκωέ.
τ castrametati sunt ad aquã lac9 as=
καὶ παρενέβαλον ἐπὶ τὸ ὕδωρ λάκκου ἀσ
phar. τ cognouit bacchides die sab=
φάρ. καὶ ἔγνω βακχίδης τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαβ
batoꝝ: τ venit ipe τ tot9 exer=
βάτων, καὶ ἦλθεν αὐτὸς καὶ πᾶν ὁ στρά=
citus ei9 vltra iordanẽ. τ mi=
τευμα αὐτοῦ πέραν τοῦ ἰορδάνου. καὶ ἀπε=
sit fratrẽ suũ ducẽ tur=
στειλε τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἡγούμενον τοῦ ὄχ=
be. τ rogauit nabateos ami
λου. καὶ παρεκάλεσε τοὺς ναβαταίους φί=
cos ei9 vt comẽdarẽt illis appara
λους αὐτοῦ παραθέσθαι αὐτοῖς τὴν ἀποσκευ
tũ eoꝝ multũ. τ exierũt filij ambri
ὴν αὐτῶν τὴν πολλήν. καὶ ἐξῆλθον υἱοὶ ἀμβρὶ
de medaba: τ cõprehẽderũt ioannẽ τ
ἐκ μηδαβά, καὶ συνέλαβον ἰωάννην καὶ
oia q̃ habuit τ abierũt hẽntes.
πάντα ὅσα εἶχε καὶ ἀπῆλθον ἔχοντες.
post ũt simones hos renũciaue
μετὰ δὲ τοὺς λόγους τούτους ἀπηγγέ=
rũt ionathe τ simoni fratri e=
λαν ἰωνάθαν καὶ σίμωνι τῷ ἀδελφῷ αὐ
ius: q̃ filij ambri faciũt nuptias
τοῦ, ὅτι οἱ υἱοὶ ἀμβρὶ ποιοῦσι γάμον
magnas: τ ducũt spõsam ex na
μέγαν, καὶ ἄγουσι τὴν νύμφην ἀπὸ να=
badath filiã vni9 magnor pri
βαδὰθ θυγατέρα ἑνὸς τῶν μεγάλων με
cipũ chanaã cũ ambitione ma
γιστάνων χαναὰν μετὰ παραπομπῆς με
gna. τ recordati sunt ioannis fratris
γάλης. καὶ ἐμνήσθησαν ἰωάννου τοῦ ἀδελφοῦ
sui: τ ascẽderũt τ absc̃oditi sunt sub
αὐτῶν, καὶ ἀνέβησαν καὶ ἐκρύβησαν ὑπὸ τὴν
tegumẽto mõtis. τ leuauerũt oculos
σκέπην τοῦ ὄρους. καὶ ἦραν τοὺς ὀφθαλμοὺς
suos τ viderũt. τ ecce tumult9 τ appa
αὐτῶν καὶ εἶδον. καὶ ἰδοὺ θροῦς καὶ ἀπο=
ratꝰ mult9 τ spõsus exiuit τ
σκευὴ πολλὴ καὶ ὁ νυμφίος ἐξῆλθε καὶ οἱ
amici ei9 τ fratres ei9 in occursum
φίλοι αὐτοῦ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ εἰς συνάντη
eoꝝ cũ tympanis τ musicis
σιν αὐτῶν μετὰ τυμπάνων καὶ μουσικῶν
τ armis multis. τ surrexerũt in e=
καὶ ὅπλων πολλῶν. καὶ ἐξανέστησαν ἐπ' αὐ
os de insidijs: τ occiderunt e=
τοὺς ἀπὸ τοῦ ἐνεδρου, καὶ ἀπέκτειναν αὐ
os. τ ceciderũt vulnerati multi: τ
τοὺς. καὶ ἔπεσον τραυματίαι πολλοί, καὶ οἱ
reliqui fugerũt in mõtẽ: τ acceperũt
ἐπίλοιποι ἔφυγον εἰς τὸ ὄρος, καὶ ἔλαβον
oia spolia eoꝝ. τ cõuerse sunt
πάντα τὰ σκῦλα αὐτῶν. καὶ μετεστράφη
nuptie in luctũ: τ vox musicoꝝ
γάμος εἰς πένθος, καὶ φωνὴ μουσικῶν

C

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tex.gre.cū inter.latina. Trāsla.B.Viero. Maccabeo.i.Cap.ix.

ipos in luctū τ vindicauerūt vindi
αὐτῶν εἰς θρῆνον καὶ ἐξεδίκησαν τὴν ἐκδί
ctā sanguinis fratris sui: τ reuersi
κησιν αἵματος ἀδελφοῦ αὐτῶν, καὶ ἀπέστρε
sūt in oztā iordanis. τ audiuit
E φαν εἰς ὁ ὄρος τοῦ Ἰορδάνου. καὶ ἤκουσε
bacchides. τ venit die sabba
βακχίδης. καὶ ἦλθε τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββά
tox vsqz ad ripas iordanis cū exer
των ἕως τῶν κρηπίδων τοῦ Ἰορδάνου ἐν δυ
citu multo. τ dixit ionathas
ē.4.b. νάμει πολλῇ. καὶ εἶπεν Ἰωνάθαν τοῖς παρ᾽
suis: surgam⁹ nūc τ pugnem⁹ pro
αὐτοῦ, ἀναστῶμεν νῦν καὶ πολεμήσωμεν ὑπὲρ
aliab⁹ nris. nōe sī est hodie vt
τῶν ψυχῶν ἡμῶν. οὐ γάρ ἐστι σήμερον ὡς
heri τ nudiztertiꝰ. ecce eī bel=
ἐχθὲς καὶ τρίτην ἡμέραν. ἰδοὺ γὰρ πόλε=
lū ex aduersō nr̄m τ post nos.
μος ἐξεναντίας ἡμῶν καὶ ὄπισθεν ἡμῶν.
at aqua iordanis hinc τ hinc τ pa
τὸ δὲ ὕδωρ τοῦ Ἰορδάνου ἔνθεν καὶ ἔνθεν καὶ ἕ=
lus τ ylua: nō est locus ad declinādū:
λος καὶ δρυμός, οὐκ ἔστι τόπος τοῦ ἐκκλῖναι,
nūc igit̄ clamate in celū vt
νῦν οὖν κεκράξατε εἰς τὸν οὐρανὸν ὅπως
liberemini de manu inimicoz. τ cōmissuz est
σθῆτε χειρὸς ἐχθρῶν. καὶ συνῆψεν ὁ
preliū. τ extēdit ionathas manū
πόλεμος. καὶ ἐξέτεινεν Ἰωνάθαν τὴν χεῖρα
suā vt pcuteret bacchidē. τ declinauit
αὐτοῦ παταξαι τὸν Βακχίδην. καὶ ἐξέκλινεν
ab eo in retro. τ insiluit io=
ἐπ᾽ αὐτὸν εἰς τὰ ὀπίσω. καὶ ἐνεπήδησεν Ἰω
F nathas τ q̄ cū eo in iordanē τ
ναθαν καὶ οἱ μετ᾽ αὐτοῦ εἰς τὸν Ἰορδάνην καὶ
trāsnatauerūt ad vlteriorē ptē. τ nō trā=
διεκολύμβησαν εἰς τὸ πέραν. καὶ οὐ διέ=
sierūt ad eos iordanē. τ cecide=
βησαν ἐπ᾽ αὐτοὺς τὸν Ἰορδάνην. καὶ διέπε=
rūt a bacchidis pte die illa ad
σον παρὰ Βακχίδου τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ εἰς
mille viros. τ reuersus ē in hierlm.
χιλίους ἄνδρας. καὶ ἐπέστρεψεν εἰς Ἰλημ.
τ edificauit vrbes munitas in iu=
καὶ ᾠκοδόμησε πόλεις ὀχυρὰς ἐν τῇ Ἰου=
dea τ munitionē q̄ in hiericho τ
δαίᾳ καὶ τὸ ὀχύρωμα τὸ ἐν Ἱεριχὼ καὶ τὴν
bethel. τ thānasa pharathoni τ
Βαιθήλ. καὶ τὴν θαμνασὰ φαραθωνὶ καὶ τὴν
tepho in muris excelsis τ portis τ
Τεφὼ ἐν τείχεσιν ὑψηλοῖς καὶ πύλαις καὶ
vectib⁹. τ posuerūt custodiā in eis vt
μοχλοῖς. καὶ ἔθεντο φρουρὰν ἐν αὐτοῖς τοῦ
inimicitias exercerēt ī isr̄l. τ muniuit vi=
ἐχθραίνειν τῷ Ἰσραήλ. καὶ ὠχύρωσε τὴν πό
bē q̄ in bethsura τ gazarā τ ar=
λιν τὴν ἐν Βαιθσούρα καὶ γαζαρὰ καὶ τὴν ἄρ
cē. τ posuit in eis exercit⁹ τ
κραν. καὶ ἔθετο ἐν αὐταῖς δυνάμεις καὶ
apparat⁹ escaz: τ accepit
παραθέσεις βρωμάτων, καὶ ἔλαβε τοὺς
filios ducū regiōis obsides.
υἱοὺς τῶν ἡγουμένων τῆς χώρας ὁμήρα.
τ posuit eos in arce in hierusa=
καὶ ἔθετο αὐτοὺς ἐν τῇ ἄκρᾳ ἐν Ἱερουσα=
lē in custodia. τ in āno tertio τ quin
λὴμ ἐν φυλακῇ. καὶ ἐν ἔτει τρίτῳ καὶ πεν
quagesimo τ cētesimo mēse secūdo:
τηκοστῷ καὶ ἑκατοστῷ μηνὶ τῷ δευτέρῳ,
precepit alcim⁹ destruere murꝫ
ἐπέταξεν ἄλκιμος καθαιρεῖν τὸ τεῖχος

ipsorum in lamentum: & vindicauerūt vindictam sanguinis fratris sui: & reuersi sunt ad ripam iordanis: & audiuit bacchides & venit die sabbatorum vsqz ad oram iordanis in virtute magna: & dixit ad suos ionathas. Surgamus et pugnemus contra inimicos nostros. Nō est enim hodie sicut heri et nudiustertius: ecce enim belluz ex aduerso: aqua vero iordanis hinc & inde & ripe et paludes & salt⁹: & nō est locus diuertēdi. Nunc ergo clamate in celum: vt líbere mini de manu inimicorum vestrorum: & cōmíssum est bellum: & extendit ionathas manum suam percutere bacchidem: & díuertít ab eo retro: & dissíliit ionathas: & qui cum eo erant in iordanē: & transnatauerunt ad eos iordanez: & ceciderunt de pte bacchidis die illa mil le viri: & reuersi sunt in hierusalem: & edificauerūt ciuitates munitas in iudea munitionem que erat in hiericho: et in ammaum: et in bethoron: & bethel: & thannatha: & phara: & thopo muris ex celsis: & portis et seris: & posuit custodiam in eis: vt ínimicítias exercerēt in ísrael: & muniuit ciuitatem bethsuram & gazaram & arcem: & posuit in eis auxília & apparatum escarum: & accepit filios príncipum regionis obsides: & posuit eos in arce in hierusalem in custodiam. Et anno centesímo quínquagesímotertío mense secundo precepit alcimus destrui muros domus sancte interiores: & destrui opera prophetarum. Et cepit destruere. In tempore illo percussus est alcímus: & impedita sunt opa illíus: & occlusum est os eius: & dissolutus est paralysi: nec vltra potuit loq verbum & mandare de domo sua. Et mortuus est alcímus in tempore illo cū tormento magno. Et vidit bacchides quoniam mortuus est alcímus: & reuersus est ad regez: & quíeuit terra annis duob⁹. Et cogitauerunt omnes íniqui dícentes. Ecce ionathas & qui cuz eo sunt ín silentío habitant confidenter. Nunc ergo adducamus bacchidem: & comprehendet eos omnes vna nocte. Et abierunt: & consílíum eí dederunt. Et surrexít vt veniret cū exercitu multo. Et mísit occulte epístolas socíis suis qui erāt in íudea: vt comprehēderent ionathaz: & eos qui cum eo erant: sed non potuerunt: quía ínnotuit eís consílium eorū. Et apprehendit de vírís regionis q príncipes erāt mílitíe quinquaginta víros & occídit eos. Et secessít ionathas & símon: & qui cum eo erāt ín bethbessem que est in deserto: & extruxit díruta eí⁹ & firmauerunt eam. Et cognouit bacchides & congregauit vniuersam multitudínem suam: & hís qui de íudea erāt denunciauit. Et venit & castra posuit de super bethbessē et oppugnauit eā díes multos & fecit machínas. Et reliquit ionatas símonem fratrez suū ín ciuitate:

aule sanctox iteriozis: τ
τῆς αὐλῆς τῶν ἁγίων τῆς ἐσωτέρας, καὶ
destruxit opa prophetaz. τ ince
καθεῖλε τὰ ἔργα τῶν προφητῶν. καὶ ἐνή
pit destruere. in tpe illo
ξατο τοῦ καθαιρεῖν. ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ
pcussus est alcim⁹ τ impedita sunt ope
ἐπλήγη ἄλκιμος καὶ ἐνεποδίσθη τὰ ἔρ=
ra illi⁹. τ occlusum est os ei⁹.
γα αὐτοῦ. καὶ ἀπεφράγη τὸ στόμα αὐτοῦ.
τ dissolut⁹ est: τ nō potuit vltra lo=
καὶ παρελύθη, καὶ οὐκ ἠδύνατο ἔτι λα
qui sīnonē τ mādare de
λῆσαι λόγον καὶ ἐντείλασθαι περὶ τοῦ
domo sua. τ mortu⁹ est alcim⁹ in tēpo
οἴκου αὐτοῦ. καὶ ἀπέθανεν ἄλκιμος ἐν τῷ και
re illo cū tormēto magno. τ
ρῷ ἐκείνῳ μετὰ βασάνου μεγάλης. καὶ
vidit bacchides ꝙ mortu⁹ est alcim⁹:
εἶδε Βακχίδης ὅτι ἀπέθανεν ἄλκιμος,
τ reuersus est ad regē. τ si=
καὶ ἀπέστρεψε πρὸς τὸν βασιλέα. καὶ ἡσύ
luit terra iuda ānos duos. τ cogitaue=
χασεν ἡ γῆ Ἰούδα ἔτη δύο. καὶ ἐβουλεύ=
runt oēs iniqui dicētes: ecce
σαντο πάντες οἱ ἄνομοι λέγοντες, ἰδοὺ
ionathas τ q̄ apd illū in silētio ha
Ἰωνάθαν καὶ οἱ περὶ αὐτοῦ ἐν ἡσυχίᾳ κα
bitāt cōfidētes: nūc igit̄ ducam⁹
κοῦσι πεποιθότες, νῦν οὖν ἄξωμεν τὸν
bacchidē: τ cōprehēdet eos om=
Βακχίδην, καὶ συλλήψεται αὐτοὺς πάν
nes in nocte vna. τ cūtes cōsul=
τας ἐν νυκτὶ μιᾷ. καὶ πορευθέντες συνε=
uerūt ei. τ abiit vt veniret
βουλεύσαντο αὐτῷ. καὶ ἀπῆρε τοῦ ἐλθεῖν
cū exercitu multo. τ misit
μετὰ δυνάμεως πολλῆς. καὶ ἀπέστειλεν
epistolas occulte oīb⁹ socijs
ἐπιστολὰς λάθρα πᾶσι τοῖς συμμάχοις
ei⁹ q̄ in iudea: vt cōpre
αὐτοῦ τοῖς ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, ὅπως συλλά
hēdāt ionathā τ eos q̄ cū eo.
βωσι τὸν Ἰωνάθαν καὶ τοὺς μετ᾽ αὐτοῦ.
τ nō potuerūt: q̄a inotuit illis
καὶ οὐκ ἐδύναντο, ὅτι ἐγνώσθη αὐτοῖς ἡ
cōsiliū eox. τ apprehēderūt de
βουλὴ αὐτῶν. καὶ συνελάβοντο ἀπὸ τῶν
viris regiōis pncipi
ἀνδρῶν τῆς χώρας τῶν ἀρχηγῶν τῆς
malicie q̄nquaginta viros: τ occide
κακίας πεντήκοντα ἄνδρας, καὶ ἀπέ=
rūt eos. τ secessit ionathas
κτειναν αὐτούς. καὶ ἐξεχώρησεν Ἰωνάθαν
τ simō τ q̄ cū eo in bethbe
καὶ σίμων καὶ οἱ μετ᾽ αὐτοῦ εἰς Βαιθ
sem q̄ in deſto. τ edificauit q̄ de
σὶ τὴν ἐν τῇ ἐρήμῳ. καὶ ᾠκοδόμησε τὰ κα
structa erāt ei⁹. τ firmauit eā τ
θηρημένα αὐτῆς. καὶ ἐχυρώσεν αὐτὴν καὶ
cognouit bacchides τ cōgregauit oēm
ἔγνω Βακχίδης καὶ συνήγαγε πᾶν τὸ
multitudinē suā. τ his q̄ erāt de iudea denū
πλῆθος αὐτοῦ. καὶ τοῖς ἐκ τῆς Ἰουδαίας παρ=
ciauit. τ veniēs posuit castra sup beth=
ήγγειλε. καὶ ἐλθὼν παρενέβαλεν ἐπὶ Βαιθ
basem τ oppugnauit eā dies mul=
βασὶ καὶ ἐπολέμησεν αὐτὴν ἡμέρας πολ=
tos. τ fecit machinas. τ reliqt io
λάς. καὶ ἐποίησε μηχανάς. καὶ ἀπέλιπεν Ἰω
nathas simonē fratrē suū in ciuitate.
ναθαν σίμωνα τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἐν τῇ πόλει.

Universidad de Deusto
Biblioteca

τ exiuit in regionē. τ venit nūerans. καὶ ἐξῆλθεν εἰς τὴν χώραν. καὶ ἦλθεν ἀριθμῶν.
τ pcussit odomira τ fratres καὶ ἐπάταξεν ὀδομηρὰ καὶ τοὺς ἀδελφοὺς
eius τ filios phasiron in taber αὐτοῦ καὶ τοὺς υἱοὺς φασιρὼν ἐν τῷ σκη=
naculo ipoꝝ. τ incepit pcutere: τ νώματι αὐτῶν. καὶ ἐξήρξατο τύπτειν, καὶ
ascēdit cū exercitib⁹. τ simon ἀνέβαινεν ἐν παῖς δυνάμεσι. καὶ σίμων
τ q̄ cū eo exierūt de vrbe: καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ ἐξῆλθον ἐκ τῆς πόλεως,
τ cōbusserunt machinas. τ pugna καὶ ἐνεπύρισαν τὰς μηχανάς. καὶ ἐπολε=
uerūt cōtra bacchidē τ cōtritus μησαν πρὸς τὸν βακχίδην καὶ συνετρί
est ab eis. τ afflixerūt eū valde: βη ὑπ' αὐτῶν. καὶ ἔθλιβον αὐτὸν σφόδρα,
qm̄ fuit cōsiliū ei⁹ τ exit⁹ e= ὅτι ἦν ἡ βουλὴ αὐτοῦ καὶ ἡ ἔφοδος αὐ=
ius van⁹. τ irati sunt furore vi= τοῦ κενή. καὶ ὠργίσθησαν θυμῷ τοῖς αὐ=
ris inicis q̄ cōsiluerūt τοῖς ἀνόμοις τοῖς συμβουλεύσασιν
dꝛasi τοῖς ἀνόμοις τοῖς συμβουλεύσασιν
ei venire in regionē. τ occide αὐτῷ ἐλθεῖν εἰς τὴν χώραν. καὶ ἀπέ=
rūt ex eis multos. τ cogita κτειναν ἐξ αὐτῶν πολλούς. καὶ ἐβουλεύ
uit vt veniret in tertā eoꝝ. τ σαντο τοῦ ἐλθεῖν εἰς τὴν γῆν αὐτῶν. καὶ
cognouit ionathas: τ misit ad e= ἐπέγνω ἰωνάθαν, καὶ ἀπέστειλε πρὸς αὐ=
um legatos vt cōponerēt cū illo, τὸν πρέσβεις τοῦ συνθέσθαι πρὸς αὐτὸν
pacē τ redderet illis capti εἰρήνην καὶ ἀποδοῦναι αὐτοῖς τὴν αἰχ=
uos. τ accepit libēter τ fecit μαλωσίαν. καὶ ἀπεδέξατο καὶ ἐποίησε
iuxta verba ei⁹. τ iurauit ei κατὰ τοὺς λόγους αὐτοῦ. καὶ ὤμοσεν αὐ=
nō q̄situr ei malū oīb⁹ τῷ μὴ ἐκζητῆσαι αὐτῷ κακὸν πάσας τὰς
dieb⁹ vite suc. τ reddidit ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτοῦ. καὶ ἀπέδωκεν
ei captiuitatē quā p̄datus αὐτῷ τὴν αἰχμαλωσίαν ἣν ἠχμαλώτευ
erat p:ius de terra iuda. τ reuer σε τὸ πρότερον ἐκ γῆς ἰούδα. καὶ ἀπῆρε
sus abiit in terrā suā. τ nō ψας ἀπῆλθεν εἰς τὴν γῆν αὐτοῦ. καὶ οὐ
addidit vltra venire ad terminos eoꝝ. προσέθετο ἔτι ἐλθεῖν εἰς τὰ ὅρια αὐτῶν.
τ cessauit gladi⁹ ex ysrael. τ καὶ κατέπαυσε ῥομφαία ἐξ ἰσραήλ. καὶ
habitauit ionathas in machmas. τ cepit ὤκησεν ἰωνάθαν ἐν μαχμάς. καὶ ἤρξα=
ionathas iudicare pplm. τ exterīni το ἰωνάθαν κρίνειν τὸν λαόν. καὶ ἠφάνι=
nauit ipios de ysrael. σε τοὺς ἀσεβεῖς ἐξ ἰσραήλ.

C. 10.

ΘΤ in anno sexagesimo τ cēteſimo: Καὶ ἐν ἔτει ἑξηκοστῷ καὶ ἑκατοστῷ,
ascēdit alexāder filius antiochi no= ἀνέβη ἀλέξανδρος ὁ τοῦ ἀντίοχου ὁ ἐπι
bilis τ occupauit ptolemaidā. φανής. καὶ κατελάβετο πτολεμαΐδα.
τ suscepert eū: τ regnauit καὶ ἐπεδέξαντο αὐτόν, καὶ ἐβασίλευσεν
illic. τ audiuit demetri⁹ rex ἐκεῖ. καὶ ἤκουσε δημήτριος ὁ βασιλεὺς
τ cōgregauit exercit⁹ multos valde. καὶ συνήγαγε δυνάμεις πολλὰς σφόδρα.

& exiuit in regionem: & venit cum numero & percussit odarē & fratres eius: & filios phaseron in tabernaculis ipsorum: & cepit cedere & crescere in virtutibus. Simon vero: & qui cum ipso erant exierunt de ciuitate & succenderunt machinas: & pugnauerunt contra bacchidem: & contritus est ab eis. Et afflixerunt eum valde: quoniam consilium eius & cōgressus eius erat inanis. Et iratus contra viros iniquos qui ei consilium dederant vt veniret in regionem ipsorū: multos ex eis occidit. Ipse autem cogitauit cum reliquis abire in regionem suam. Et cognouit ionathas & misit ad eum legatos componere pacem cum ipso: & reddere ei captiuitatem. Et libenter accepit: & fecit secundum verba eius: iurauit se nihil facturum ei mali omnibus diebus vite eius. Et reddidit ei captiuitatem quas prius erat predatus de terra iuda. Et conuersus abiit in terras suā: & non apposuit amplius venire in fines eius. Et cessauit gladius ex ysrl. Et habitauit ionathas in machinas: & cepit ionathas ibi iudicare populum: & exterminauit impios ex ysrl.

Capitulum decimum.

ANno centesimo sexagesimo ascendit alexander antiochi filius qui cognominatus est nobilis: & occupauit ptolemaidā: & receperūt eum & regnauit illic. Et audiuit demetrius rex & congregauit exercitū copiosum valde: & exiuit obuiam illi in prelium. Et misit demetrius epistolam ad ionatham verbis pacificis vt magnificaret eum. Dixit enim. Anticipemus facere pacem cum eo priusq̄ faciat cum alexandro aduersus nos. Recordabitur enim omniū malorum que fecimus in eum: & in fratres eius & in gentem eius. Et dedit ei potestatem cōgregandi exercitū: & fabricare arma: & esse ipsum socium eius: & obsides qui erant in arce iussit tradi ei. Et venit ionathas in hierusalem: & legit epistolas in auditu omnis populi: & eorum qui in arce erant. Et timuerūt timore magno: quoniam audierūt q̄ dedit ei rex potestatem congregandi exercitum. Et traditi sūt ionathe obsides: & reddidit eos parentibus suis. Et habitauit ionathas in hierusalem: & cepit edificare & innouare ciuitatem. Et dixit facientibus opera vt extruerent muros & montes sion in circuitu lapidibus quadratis ad munitionem: & ita fecerunt. Et fugerunt alienigene qui erant in munitionibus quas bacchides edificauerat: & reliqt vnusquisque locum & abiit in terram suam: tantum in bethsura remanserūt aliquí ex his qui reliquerant legem & precepta dei. Erat enim hoc eis ad refugium. Et audiuit alexander rex promissa que promisit demetrius ionathe & narrauerūt ei p̄lia & virtutes

τ exiit in occursum ei in bel καὶ ἐξῆλθεν εἰς συάντησιν αὐτῷ εἰς πό
li. τ misit demetri⁹ ad io λεμον. καὶ ἀπέστειλε δημήτριος πρὸς ἰω
nathā epistolas verbis pacificis: vt ναθαν ἐπιστολὰς λόγοις εἰρηνικοῖς, ὡς τε
magnificaret eū. dixit enī: p̄curia μεγαλύναι αὐτόν. εἶπε γάρ, προφθάσω
mꝰ pacē ponere cū eis: āteqū μὴ τοῦ εἰρήνην θεῖναι μετ' αὐτῶν, πρὶν ἢ
ponat ipe cū alexādro cōtra nos. θεῖναι αὐτὸν μετ' ἀλεξάνδρου καθ' ἡμῶν.
recordabit enī oīm malor q̄ μνησθήσεται γὰρ πάντων τῶν κακῶν ὧν
fecim⁹ cōtra ipm τ in ἐποιήσαμεν πρὸς αὐτὸν καὶ εἰς τοὺς
fratres ei⁹ τ cōtra gētē ei⁹. ἀδελφοὺς αὐτοῦ καὶ εἰς τὸ ἔθνος αὐτοῦ.
τ dedit ei potestatē cōgregādi exer καὶ ἔδωκεν αὐτῷ ἐξουσίαν συναγαγεῖν δυ
cit⁹ τ pparandi arma: τ vt ναμεις καὶ κατασκευάζειν ὅπλα, καὶ εἶ
esset ipe soci⁹ ei⁹. τ obsiναι αὐτὸν σύμμαχον αὐτοῦ. καὶ τὰ ὁμη
des q̄ i arce dixit vt redderent̄ ei. ρα τὰ ἐν τῇ ἄκρᾳ εἶπε παραδοῦναι αὐ
τ venit ionathas in hierlm. τ τῷ. καὶ ἦλθεν ἰωνάθαν εἰς ἱερουσαλήμ. καὶ
legit epistolas in aures oīs ἀνέγνω τὰς ἐπιστολὰς εἰς τὰ ὦτα παντὸς
ppli τ cox q̄ de arce. τ timu= τοῦ λαοῦ καὶ τῶν ἐκ τῆς ἄκρας. καὶ ἐφοβήθη
erūt timore magno qm̄ audierūt q̄ de= σαν φόβον μέγαν ὅτε ἤκουσαν ὅτι ἐδω
dit ei rex potestatē cōgregādi κεν αὐτῷ ὁ βασιλεὺς ἐξουσίαν συναγαγεῖν
exercit⁹. τ tradiderūt q̄ de arce δυνάμεις. καὶ παρέδωκαν οἱ ἐκ τῆς ἄκρας
ionathe obsides. τ reddidit e= ἰωνάθαν τὰ ὁμήρα. καὶ ἀπέδωκεν αὐ=
os parentib⁹ eox. τ habitauit io= τοὺς τοῖς γονεῦσιν αὐτῶν. καὶ ὤκησεν ἰω=
nathas in hierusalē. τ cepit edificare ναθαν ἐν ἱερουσαλήμ. καὶ ἤρξατο οἰκοδομεῖν
τ innouare ciuitatē. τ dixit ad καὶ καινίζειν τὴν πόλιν. καὶ εἶπε πρὸς τοὺς
faciētes opa vt edificarēt muros τ ποιοῦντας τὰ ἔργα οἰκοδομεῖν τὰ τείχη καὶ
mōtē sion in circuitu ex lapidib⁹ q̄dratis τὸ ὄρος σιὼν κυκλόθεν ἐκ λίθων τετραγώνων
in munitionē. τ fecerūt sic: τ fu εἰς ὀχύρωσιν. καὶ ἐποίησαν οὕτως, καὶ ἔ=
gerūt alienigene q̄ erāt in munitioni φυγον οἱ ἀλλοφυλεῖς οἱ ὄντες ἐν τοῖς ὀχυρώμα
b⁹ ḡs edificauit bacchides. τ reli= σιν οἷς ᾠκοδόμησε βακχίδης. καὶ κατέλι
quit q̄libet locū suū: τ abūt πεν ἕκαστος τὸν τόπον αὐτοῦ, καὶ ἀπῆλθεν
in terrā suā. ceterū in bethsuris εἰς τὴν γῆν αὐτοῦ. πλὴν ἐν βαιθσούροις
relicti sunt q̄dā ex his q̄ dereliq̄rāt ὑπελείφθησάν τινες τῶν καταλιπόντων
legē. τ p̄cepta: erat enī eis τὸν νόμον. καὶ τὰ προστάγματα, ἦν γὰρ αὐτοῖς
refugiū. τ audiuit alexāder φυγαδευτήριον. καὶ ἤκουσεν ἀλέξανδρος ὁ
rex promissa q̄ misit βασιλεὺς τὰς ἐπαγγελίας ὅσας ἀπέστει
demetri⁹ ionathe. τ narrauerūt λε δημήτριος τῷ ἰωνάθαν. καὶ διηγήσαντο
ei p̄lia τ facinora αὐτῷ τοὺς πολέμους καὶ τὰς ἀνδραγαθίας

q̄ fecit ipe τ fratres eiꝰ: τ
ἃς ἐποίησεν αὐτὸς καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, καὶ τοὺς
labores qs habuerūt. τ dixit: nūqd inueniemꝰ
κόπους οὓς ἔσχοσαν. καὶ εἶπε, μὴ εὑρήσομεν
virū talē vnū: τ nūc faciemꝰ eū
ἄνδρα τοιοῦτον ἕνα; καὶ νῦν ποιήσομεν αὐ-
amicū τ sociū nr̄m. τ scripsit
τὸν φίλον καὶ σύμμαχον ἡμῶν. καὶ ἔγραψεν
epistolas. τ misit ei iuxta
ἐπιστολὰς καὶ ἀπέστειλεν αὐτῷ κατὰ τοὺς
verba hec dicēs. rex alexan
λόγους τούτους λέγων. Βασιλεὺς ἀλέξαν-
der fratri ionathe gaudere. audi
δρος τῷ ἀδελφῷ ἰωνάθαν χαίρειν. ἀκη-
uim⁹ de te q̄ vir potēs fortitudie
κόαμεν περὶ σοῦ ὅτι ἀνὴρ δυνατὸς ἰσχύϊ
τ aptus es vt sis nobis amic⁹.
καὶ ἐπιτήδειος εἶ τοῦ εἶναι ἡμῖν φίλος.
τ nūc costituim⁹ te hodie sūmū sa
καὶ νῦν καθεσάκαμεν σε σήμερον ἀρχιε-
cerdotē gētis tue: τ amicū regis
ρέα τοῦ ἔθνους σου, καὶ φίλον Βασιλέ-
vocari. τ misit ei pur-
ως καλεῖσθαι. καὶ ἀπέστειλεν αὐτῷ πορ-
puram̄ τ coronā aureā. τ vt sapias
φύραν καὶ στέφανον χρυσοῦν. καὶ φρονεῖν
q̄ nr̄a sit τ vt serues amicitiā erga nos.
τὰ ἡμῶν καὶ συντηρεῖν φιλίαν πρὸς ἡμᾶς.
τ induit se ionathas sanctā vestē
καὶ ἐνεδύσατο ἰωνάθαν τὴν ἁγίαν στολὴν
septimo mēse anno sexagesimo τ cētesimo
τῷ ἑβδόμῳ μηνὶ ἔτους ἑξηκοστοῦ καὶ ἑκατοστοῦ
in festo scenophegie: τ cōgregauit exer
ἐν ἑορτῇ σκηνοπηγίας, καὶ συνήγαγε δυ-
citꝰ. τ preparauit arma mul-
νάμεις. καὶ κατεσκεύασεν ὅπλα πολ-
ta. τ audiuit demetriꝰ ꝓmones
λά. καὶ ἤκουσε δημήτριος τοὺς λόγους
hos: τ tristat⁹ est τ dixit. q̄d hoc
τούτους, καὶ ἐλυπήθη καὶ εἶπε. τί τοῦ
C fecim⁹ q: p̄uenit nos
τὸ ἐποιήσαμεν ὅτι προέφθακεν ἡμᾶς ὁ
alexāder vt amicitiā cōstitueret cū
ἀλέξανδρος τοῦ φιλίαν καταθέσθαι τοῖς
iudeis in munimē. scribā eis τ
Ἰουδαίοις εἰς στήριγμα. γράψω αὐτοῖς κα-
ego verba exhortationis τ altitudis τ
γὼ λόγους παρακλήσεως καὶ ὕψους καὶ
donoꝝ. vt sint mecū in aux
δομάτων. ὅπως ὦσι σὺν ἐμοὶ εἰς βοή-
liū. τ misit epistolā eis iuxta
θειαν. καὶ ἐπέστειλεν αὐτοῖς κατὰ τοὺς
verba hec. rex demetriꝰ
λόγους τούτους. Βασιλεὺς δημήτριος τῷ
gēti iudeoꝝ gaudere. q̄m cōseruastis
ἔθνει Ἰουδαίων χαίρειν. ἐπεὶ συνετηρήσατε
ad nos pacta: τ ꝑmansi
τὰς πρὸς ἡμᾶς συνθήκας, καὶ ἐνεμεί-
stis in amicitia nr̄a τ nō accessi-
νατε τῇ φιλίᾳ ἡμῶν καὶ οὐ προσεχωρή-
stis ad inimicos nr̄os audiuim⁹ τ
σατε τοῖς ἐχθροῖς ἡμῶν ἠκούσαμεν καὶ
gauisi sum⁹. τ nūc ꝑseuerate adhuc
ἐχάρημεν. καὶ νῦν ἐμμείνατε ἔτι τοῦ
cōseruare erga nos fidē. τ retri-
συντηρῆσαι πρὸς ἡμᾶς πίστιν. καὶ ἀντα-
buem⁹ vobis bona: ꝓ his q̄ facitis
ποδώσομεν ὑμῖν ἀγαθά, ἀνθ' ὧν ποιεῖτε
nobiscū. τ remittem⁹ vobis remissiōes
μεθ' ἡμῶν. καὶ ἀφήσομεν ὑμῖν ἀφέματα
multas: τ dabim⁹ vobis dona. τ
πολλά, καὶ δώσομεν ὑμῖν δόματα. καὶ

quas ipse fecit & fratres eiꝰ: & labores
quos laborauerunt. Et ait. Nunquid in
ueniemus aliquem virum talē: Et nūc
faciemus eum amicum & socium nr̄m.
Et scripsit epistolam et misit ei secundū
hec verba dicens. Rex alexander fratri
ionathe salutem. Audiuimus de te q̄
vir potens sis viribus: & aptus es vt sis
amicus noster. Et nunc constituimus
te hodie sūmum sacerdotem gētis tue:
vt amicus voceris regis. Et misit ei pur
puram & coronam auream: vt que no-
stra sunt sentias nobiscuꝫ: & conserues
amicicias ad nos. Et induit se ionathas
stolam sanctam septimo mēse anno cē
tesimo sexagesimo in die solēni sceno-
phegie. Et congregauit exercitum &
fecit arma copiosa. Et audiuit demetriꝰ
verba ista: & contristatus est nimis: et
ait. Quid hoc fecimus q̄ preoccupa-
uit nos alexander apprehendere ami-
citiam iudeorum ad munimen sui. Scri
bam & ego illis verba deprecatoria &
dignitates & dona: vt sint mecum in ad
iutoriū. Et scripsit eis in hec verba. Rex
demetrius genti iudeoruꝫ salutē. Quo
niam seruastis ad nos pactum: & man-
sistis in amicitia nostra: & non accessi-
stis ad inimicos nostros: audiuimus et
gauisi sumus. Et nunc perseuerate ad-
huc conseruare ad nos fidē & retribue
mus vobis bona pro his que fecistis no
biscum: & remittemus vobis prestatio
nes multas: & dabimus vobis donatio-
nes. Et nunc absoluo vos & omnes iu-
deos a tributis & precia salis indulgeo:
& coronas remitto: & tertias seminis &
dimidiam partem fructꝰ ligni quod est
portionis mee relinquo vobis ex ho-
dierno die & deinceps: ne accipiatur a
terra iuda et a tribus ciuitatibꝰ q̄ addite
sūt illi ex samaria & a galilea ex hodier
na die: & in totum tempus. Et hierusa-
lem sit sancta & libera cuꝫ finibus suis:
& decime & tributa ipsius sint. Remit-
to etiam potestatem arcis que est in hie
rusalem: & do eam sūmo sacerdoti: vt
constituat in ea viros quoscunq̄ ipse
elegerit qui custodiant eam. Et omneꝫ
animam iudeoruꝫ que captiua est a ter
ra iuda in omni regno meo relinquo li
beram gratis vt omnes a tributis soluā
tur etiam pecorum suorum. Et omnes
dies solēnes & sabbata & neomenie: &
dies decreti: & tres dies ante diem solē-
nem: & tres dies post diem solennem:
sint omnes immunitatis et remissio-
nis omnibus iudeis qui sunt in regno
meo. Et nemo habebit potestatem age
re aliquid & mouere negocia aduersus
aliquem illorum in omni causa. Et vt
ascribantur ex iudeis in exercitu regis
ad triginta milia virorum. Et dabun-
tur illis copie vt oportet omnibus exer
citibus regis et ex eis ordinabuntur
qui sint in munitionibus regis

nūc absoluo vos: τ remitto vobis om-
νῦν ἀπολύω ὑμᾶς, καὶ ἀφίημι ὑμῖν πάν-
nes iudeos a tributis τ
τας τοὺς Ἰουδαίους ἀπὸ τῶν φόρων καὶ τῆς
precio salis: τ de coronis:
τιμῆς τοῦ ἁλός, καὶ ἀπὸ τῶν στεφάνων,
τ pro tertiapte seminis: τ pro
καὶ ἀντὶ τοῦ τρίτου τῆς σπορᾶς, καὶ ἀντὶ
dimidia pte fructꝰ ligni qđ
τοῦ ἡμίσους τοῦ καρπου τοῦ ξυλίνου τοῦ
incūbit mihi accipere: dimitto a die
ἐπιβάλλοντός μοι λαβεῖν, ἀφίημι ἀπὸ τῆς
hodierna τ deinceps accipere de
σήμερον καὶ ἐπέκεινα τοῦ λαβεῖν ἀπὸ
terra iuda: τ de tribꝰ ciuitatibꝰ
τῆς γῆς Ἰούδα, καὶ ἀπὸ τῶν τριῶν νόμων
additis illi ex samā-
τῶν προστιθεμένων αὐτῇ ἀπὸ τῆς σαμα-
ria τ galilea: τ ex ho
ρείτιδος καὶ γαλιλαίας, καὶ ἀπὸ τῆς σή-
dierna die τ in sēpiternū tpꝰ.
μερον ἡμέρας καὶ εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον.
τ hierlim sit sancta τ libera τ
καὶ Ἱερουσαλὴμ ἁγία ἔστω καὶ ἀφημένη καὶ
fines eiꝰ. τ decime τ tributa.
τὰ ὅρια αὐτῆς. καὶ δεκάται καὶ τὰ τέλη.
remitto τ potestatē arcis q̄ est
ἀφίημι καὶ τὴν ἐξουσίαν τῆς ἄκρας τῆς
in hierlim: τ do ꝓncipi sacerdotū
ἐν Ἱερουσαλήμ, καὶ δίδωμι τῷ ἀρχιερεῖ,
vt cōstituat in ea viros qs
ὅπως ἂν καταστήσῃ ἐν αὐτῇ ἄνδρας οὓς
cūq̄ elegerit ipe ad custodiādū ip-
ἂν ἐκλέξηται αὐτὸς τοῦ φυλάσσειν αὐ-
sam. τ oēm aiam iudeoꝝ
τήν. καὶ πᾶσαν ψυχὴν Ἰουδαίων τὴν
captiuatā a terra iuda in
αἰχμαλωτισθεῖσαν ἀπὸ γῆς Ἰούδα εἰς
omni regno meo remitto libe-
πᾶσαν βασιλείαν μου ἀφίημι ἐλευθε-
rā gratis. τ oēs remittāt
ραν δωρεάν. καὶ πάντες ἀφιέτωσαν
tributa τ iumētoꝝ suoꝝ. τ om-
τοὺς φόρους καὶ κτηνῶν αὐτῶν. καὶ πα-
nia festa τ sabbata τ neo-
σαι ἑορταὶ καὶ τὰ σάββατα καὶ νου-
menie: τ dies decreti: τ
μηνίαι, καὶ ἡμέραι ἀποδεδειγμέναι, καὶ
tres dies ante festū τ tres di-
τρεῖς ἡμέραι πρὸ ἑορτῆς καὶ τρεῖς ἡμέ-
es post festū: sint oēs di-
ραι μεθ' ἑορτήν, ἔσωσαν πᾶσαι αἱ ἡμέ-
es immunitatis τ remissiōis oīb⁹ iu
ραι ἀτελείας καὶ ἀφέσεως πᾶσι τοῖς Ἰου-
deis q̄ sunt in regno meo. τ
δαίοις τοῖς οὖσιν ἐν τῇ βασιλείᾳ μου. καὶ
nō hēbit potestatē vll⁹ agere τ ta-
οὐχ ἕξει ἐξουσίαν οὐδεὶς πράσσειν καὶ πα-
tigare aliquē eoꝝ de oī re
ρενοχλεῖν τινα αὐτῶν περὶ παντὸς πρά-
τ ascribant ex iudeis
γματος. καὶ προγραφήτωσαν τῶν Ἰουδαίων
in exercitꝰ regis ad trigin
εἰς τὰς δυνάμεις τοῦ βασιλέως εἰς τριάκον-
ta milia virorꝝ. τ dabunt eis
τα χιλιάδας ἀνδρῶν. καὶ δοθήσεται αὐτοῖς
mūera vt oportet oīb⁹ exerciti-
ξένια ὡς καθήκει πάσαις ταῖς δυνάμε-
bꝰ regis. τ ordinabunt ex
σι τοῦ βασιλέως. καὶ καταχωθήσεται ἐξ
eis in munitionib⁹ regis
αὐτῶν ἐν τοῖς ὀχυρώμασι τοῦ βασιλέως

Universidad de Deusto
Biblioteca

magnis. τ ex his cōstitue=
ροῖς μεγάλοις. καὶ ἐκ τούτων καταςαθήσε
tur sup negocia regni expēdia
καὶ ἐπὶ χρειῶν τῆς βασιλείας τῶν οὐσῶν
ad fidē. τ q̄ sup ea τ principes
εἰς πίςιν. καὶ οἱ ἐπ' αὐτῶν καὶ οἱ ἄρχοντες
sint de ipis: τ ambulēt
ἔςωσαν ἐξ αὐτῶν, καὶ πορευέσθωσαν τοῖς
in legib⁹ suis: sicut τ precepit rex
νόμοις αὐτῶν, καθὰ καὶ προσεταξεν ὁ βα
in tra iuda. τ tres ciuitates
σιλεὺς ἐν γῇ ἰούδα. καὶ τοὺς τρεῖς νόμους
additas iudee ex re=
τοὺς προσεθέντας τῇ ἰουδαία ἀπὸ τῆς χώ=
giōe samarie: addat iudee ad
ρας σαμαρείας, προσεθήτω τῇ ἰουδαία πρὸς
cōputationē vt sint sub vno: vt nō obe=
τὸ λογισθῆναι τοῦ δοθέναι ἐφ' ἑνα, τοῦ μὴ ὑπα
diāt alij potestati: nisi sūmi sa=
κοῦσαι ἄλλης ἐξουσίας, ἀλλ' ἢ τοῦ ἀρχιερέ=
cerdotis. ptolemaida τ terminos
ως. πτολεμαΐδα καὶ τὴν προσκυροῦσαν
ei⁹ dedi dono sanctis q̄ in
αὐτῇ δέδωκα δόμα τοῖς ἁγίοις τοῖς ἐν
hierlm in necessariis sumptib⁹
ἱερ̄λ̄μ̄ εἰς τὴν προσκαθήκουσαν δαπάνην
sanctis. et ego do singulis ānis dn
τοῖς ἁγίοις. κἀγὼ δίδωμι κατ' ἐνιαυτὸν δε
decim milia siclor argēti de
καπέντε χιλιάδας σίκλων ἀργυρίου ἀπὸ
rōnib⁹ regis a lo
τῶν λόγων τοῦ βασιλέως ἀπὸ τῶν τό=
cis attinētib⁹. τ oē q̄ reliquū ē
πων τῶν ἀνηκόντων. καὶ πᾶν τὸ πλεονάζον
q̄ nō reddiderāt de negocijs: vt
ὃ οὐκ ἀπεδίδοσαν ἀπὸ τῶν χρειῶν, ὡς
in primis annis: ex nūc dabūt
ἐν τοῖς πρώτοις ἔτεσιν, ἀπὸ τοῦ νῦν δώσου
in opa domꝰ. τ sup hec
σιν εἰς τὰ ἔργα τοῦ οἴκου. καὶ ἐπὶ τούτοις
dnq̄ mille siclos argēti q̄s acci
πεντακισχιλίους σίκλους ἀργυρίου οὓς ἀνε
piebāt de negocijs vt in pri=
λάμβανον ἀπὸ τῶν χρειῶν ὡς ἐν τοῖς πρώ
mis annis sancti de rōne singulis
τοις ἔτεσι τοῦ ἁγίου ἀπὸ τοῦ λόγου κατ' ἐνι
annis. τ hec remittunt̄ q̄ primēt ea
αυτὸν καὶ παῦται ἀφίεσθαι διὰ τὸ ἀνήκειν αὐτὰ
ad sacerdotes q̄ ministrāt. τ q̄cūq̄
τοῖς ἱερεῦσι τοῖς λειτουργοῦσι. καὶ ὅσοι ἐὰν
fugerint in tēplū q̄ in hierosolimis τ
φύγωσιν εἰς τὸ ἱερὸν τὸ ἐν ἱεροσολύμοις καὶ
in olꝰ finib⁹ ciꝰ: debētes rega=
ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις αὐτῆ, ὀφείλοντες βασι=
lia τ oē negociū: dimittunt̄.
λικὰ καὶ πᾶν πρᾶγμα, ἀποδιαλύθωσαν.
τ vniuersa q̄ sūt eis in regno
καὶ πάντα ὅσα ἐςὶν αὐτοῖς ἐν τῇ βασιλείᾳ
meo. τ vt edificent̄ τ renouen=
μου. καὶ τοῦ οἰκοδομηθῆναι καὶ τοῦ ἐγκαινισθῆ=
tur opa sanctoꝝ. τ sumptꝰ dabi=
ναι τὰ ἔργα τῶν ἁγίων. καὶ ἡ δαπάνη δοθή=
tur de rōne regis: τ vt extruā
σεται ἐκ τοῦ λόγου τοῦ βασιλέως, καὶ τοῦ οἰκοδο
tur muri hierlm τ muniāt in
μηθῆναι τὰ τείχη ἱλ̄μ̄ καὶ ὀχυρῶσαι κυ
circuitu. τ sumptꝰ dabit̄ de rōne
κλόθεν. καὶ ἡ δαπάνη δοθήσεται ἐκ τοῦ λόγου
regis: τ vt cōstruant̄ muri
τοῦ βασιλέως, καὶ τοῦ οἰκοδομηθῆναι τὰ τείχη
q̄ in iudea. vt ā audiuit ionathas τ
τὰ ἐν τῇ ἰουδαία. ὡς δὲ ἤκουσεν ἰωνάθαν καὶ

magni. Et ex his cōstituentur sup ne=
gocia regni q̄ne aguntur ex fide: & pri
cipes sint ex eis: & ābulent in legib⁹ su
is: sicut precepit rex in terra iuda. Et
tres ciuitates q̄ additę sunt iudee ex re
gione samarie: cū iudea reputenturvt
sint sub vno: & non obediāt aliene po=
testati: nisi sūmo sacerdoti: ptolemaida
& cōfines eius quas dedi donū sanctis
q̄ sunt in hierusalē ad necessarios sum
ptus sanctorum: & ego dabo singulis
annis quindecim milia siclorum argen
ti de rationibus regis que me contin=
gunt: & omne quod reliquum fuerit
quod non reddiderant qui super ne
gocia erant annis prioribus ex hoc da
bunt in opa domus. Et sup hec quiq̄
milia siclorū argenti q̄ accipiebāt de sā=
ctorū rōne p̄ singulos annos: & hec
ad sacerdotes pertineāt qui ministerio
fungūtur. Et q̄cunq̄ cōfugerit in tēplū
quod est hierosolymis & in olꝰ finibꝰ
eius: obnoxii regi in oī negocio dimit
tantur: & vniuersa q̄ sunt i regno meo
libera habeant. Et ad edificanda vel re=
staurāda opera sanctorū sumptꝰ dabū
tur de rōne regis: & ad extruendos mu
ros in hierlm: & cōmuniēdos in circui
tu: sumptꝰ dabūtur de rōne regis: & ad
cōstruēdos muros in iudea. Vt audiuit
aūt ionathas & populꝰ sermones istos
non crediderunt eis nec receperūt eos
quia recordati sūt malicie magne quā
fecerat in israel & tribulauerat eos val
de. Et cōplacuit eis in alexandrū: quia
ipse fuerat eis princeps sermonum pa
cis: & ipsi auxilium ferebant omnibus
diebus. Et congregauit rex alexander
exercitum magnum: & admouit castra
contra demetrium. Et commiserunt
prelium duo reges & fugit exercitꝰ de
metrii: & insecutus est eum alexander:
& incubuit super eos. Et inualuit pre=
lium nimis donec occidit sol. et cecidit
demetrius in die illa. Et misit alexāder
ad ptolemeum regem egypti legatos se
cundū hec verba dicens. Quoniam re
gressus sum in regnum meum & sedi i
sede patrum meorum & obtinui prin
cipatum: & contriui demetrium: & pos
sedi regionem nostram & commisi pu
gnam cum eo & contritus est ipse & ca
stra eius a nobis: & sedemus in sede re=
gni eius: et nunc statuamus adinuicez
amicitiā: & da mihi filiam tuam vxo=
rem & ego ero gener tuus: & dabo ti=
bi dona: & ipsi dignitatem. Et respon=
dit rex ptolemeus dicens. Felix dies in
qua reuersus es ad terram patrum tu=
orum & sedisti in sede regni eorum.
Et nunc faciam tibi quod scripsisti:
sed occurre mihi ptolemaidam: vt vi=
deamus inuicem nos et sponde=
am tibi sicut ooooooooooooooooooooo

ooooooooooooooooooooooooooooooo

ooooooooooooooooooooooooooooooo

ooooooooooooooooooooooooooooooo

pplꝰ simones istos: nō credide=
ὁ λαὸς τοὺς λόγους τούτους, οὐκ ἐπίςευ=
runt illis neq̄ receperūt: q̄ recor=
σαν αὐτοῖς οὐδὲ ἐπεδέξαντο, ὅτι ἐπε=
dati sunt malicie magne quā
μνήσθησαν τῆς κακίας τῆς μεγάλης ἧς
fecit in israel: τ tribulauit eos
ἐποίησεν ἐν ἰσραήλ, καὶ ἔθλιψεν αὐτοὺς
valde. τ cōplacuit in alexādro:
σφόδρα. καὶ ηὐδόκησεν ἐν ἀλεξάνδρῳ,
q̄m ipe fuit eis princeps simonis
ὅτι αὐτὸς ἦν ἄρχων λόγων
pacificoꝝ: τ auxiliū ferebāt ipi oīb⁹
εἰρηνικῶν, καὶ συνεμάχουν αὐτῷ πάσας
diēb⁹. τ cōgregauit alexan=
τὰς ἡμέρας. καὶ συνήγαγεν ἀλέξαν=
der rex exercitꝰ magnos: τ
δρος ὁ βασιλεὺς δυνάμεις μεγάλας, καὶ
castrametat⁹ est contra demetriū. τ
παρενέβαλεν ἐξεναντίας δημητρίου. καὶ
cōmiserūt prelia duo reges. τ
συνῆψαν πόλεμον οἱ δύο βασιλεῖς. καὶ
fugit exercitꝰ alexādri. τ
ἔφυγεν ἡ παρεμβολὴ ἀλεξάνδρου. καὶ
pseq̄t⁹ est eū demetriꝰ: τ p̄ualuit
ἐδίωξεν αὐτὸν ὁ δημήτριος, καὶ ἴσχυσεν
cōtra eos. τ fortificauit prelia val=
ἐπ' αὐτούς. καὶ ἐξερέωσε τὸν πόλεμον σφό
de donec occidit sol. τ cecidit de=
δρα ἕως ἔδυ ὁ ἥλιος. καὶ ἔπεσεν ὁ δη=
metriꝰ in die illo. τ misit
μήτριος ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. καὶ ἀπέςειλεν
alexāder ad ptolemeū regē
ἀλέξανδρος πρὸς πτολεμαῖον βασιλέα
egypti legatos sm verba
αἰγύπτου πρέσβεις κατὰ τοὺς λόγους
hec dicēs. q̄m regressus sū in trā
τούτους λέγων. ἐπεὶ ἀνέςρεψα εἰς γῆν
regni mei: τ sedi in thronis
βασιλείας μου, καὶ ἐκαθισα ἐπὶ θρόνων
patrū meoꝝ τ obtinui p̄cipatū: τ
πατέρων μου καὶ ἐκράτησα τῆς ἀρχῆς, καὶ
cōtriui demetriū: τ obtinui
συνέτριψα τὸν δημήτριον, καὶ ἐπεκράτησα
regionē nram: τ cōmisi cōtra eū
τῆς χώρας ἡμῶν, καὶ συνῆψα πρὸς αὐτὸν
pugnā: τ cōtrit⁹ est ipe τ ca=
μάχην, καὶ συνετρίβη αὐτὸς καὶ ἡ παρεμ=
stra ei⁹ a nobis: τ sedim⁹ in
βολὴ αὐτοῦ ὑφ' ἡμῶν, καὶ ἐκαθίσαμεν ἐπὶ
sede regni ei⁹: τ nūc statuam⁹
θρόνου βασιλείας αὐτοῦ, καὶ νῦν στήσωμεν
inter nos amicitiā. τ nūc da mihi
πρὸς ἑαυτοὺς φιλίαν. καὶ νῦν δός μοι τὴν
filiā tuā in vxorē. τ gener
θυγατέρα σου εἰς γυναῖκα. καὶ ἐπιγαμ⁹
ero tibi τ dabo tibi dona τ
βρεύσω σοι καὶ δώσω σοι δόματα καὶ
ipi digna te. τ respōdit ptolem⁹
αὐτῇ ἀξία σου. καὶ ἀπεκρίθη πτολεμαῖος ὁ
rex dicēs. bona dies in q̄ reuer
βασιλεὺς λέγων. ἀγαθὴ ἡμέρα ἐν ᾗ ἀνέ=
sus es ad terrā patrū tuoꝝ τ sedi=
ςρεψας εἰς γῆν πατέρων σου καὶ ἐκαθί=
sti in sedib⁹ regni eoꝝ. τ nūc
σας ἐπὶ θρόνων βασιλείας αὐτῶν. καὶ νῦν
faciā tibi q̄ scripsisti. sed occurre
ποιήσω σοι ἃ ἔγραψας. ἀλλὰ ἀπάντησον
in ptolemaidē: vt videm⁹ nos in
εἰς πτολεμαΐδα, ὅπως ἴδωμεν ἀλλή=
uicē: τ ero socer tibi sicut
λους, καὶ ἐπιγαμβρεύσω σοι καθὼς ooo

D

E

Infra. ii. a.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dixisti. τ exiuit ptolemeꝰ de egyp
Εἶρηκας· καὶ ἐξῆλθε Πτολεμαῖος ἐξ αἰγύ=
το ipe τ cleopatra filia e=
Πτου αὐτοῦ καὶ κλεοπάτρα ἡ θυγάτηρ αὐ
ius. τ venerūt in ptolemaidē āno se
τοῦ· καὶ ἦλθον εἰς Πτολεμαΐδα ἔτους δευ
cundo τ sexagesimo τ cētesimo. τ occur
Τέρου καὶ ἑξηκοστοῦ καὶ ἑκατοστοῦ, καὶ ἀπήν
rit ei alexander rex: τ
τησεν αὐτῷ Ἀλέξανδρος ὁ Βασιλεύς, καὶ
dedit ei cleopatram filiā
ἔδοξε αὐτῷ κλεοπάτραν τὴν θυγατέρα
suā: τ fecit nuptias eius in
αὐτοῦ, καὶ ἐποίησε τὸν γάμον αὐτῆς ἐν
ptolemaide: sicut reges in glia
Πτολεμαΐδι, καθὼς οἱ Βασιλεῖς ἐν δόξῃ
magna. τ scripsit rex alexā
μεγάλῃ· καὶ ἔγραψεν ὁ Βασιλεὺς Ἀλέξαν
der ionathe: vt veniret i occursum ei.
δρος Ἰωνάθῃ, ἐλθεῖν εἰς συνάντησιν αὐτῷ·
τ abiit cū glia in ptolemai
καὶ ἐπορεύθη μετὰ δόξης εἰς Πτολεμαΐ=
dē: τ occurrit duob⁹ regib⁹.
δα, καὶ ἀπήντησε τοῖς δυσὶ Βασιλεῦσι·
τ dedit eis argentū τ aurū
καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς ἀργύριον καὶ χρυσίον
τ amicis eox τ dona multa:
καὶ τοῖς φίλοις αὐτῶν καὶ δόματα πολλά,
τ iuenit gram coram eis. τ cō=
καὶ εὗρε χάριν ἐναντίον αὐτῶν· καὶ ἐπι
uenerūt aduersus eū viri pestilētes de
συνήχθησαν ἐπ' αὐτὸν ἄνδρες λοιμοὶ ἐξ
israel viri iniqui ad iterpellādū
Ἰσραὴλ ἄνδρες παράνομοι ἐντυχεῖν
aduersꝰ eū: τ nō iniēdit eis rex.
κατ' αὐτοῦ, καὶ οὐ προσέχεν αὐτοῖς ὁ Βα=
τ iussit rex: τ
σιλεύς· καὶ προσέταξεν ὁ Βασιλεύς, καὶ
expoliauerūt ionathā vestib⁹ suis: τ
ἐξέδυσαν Ἰωνάθαν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ
induerūt eū purpura. τ fecerūt
ἐνέδυσαν αὐτὸν πορφύραν· καὶ ἐποίησαν
ita. τ fecit sedere eū rex
οὕτως· καὶ ἐκάθισεν αὐτὸν ὁ Βασιλεὺς
secum: τ dixit principib⁹ su
μετ' αὐτοῦ, καὶ εἶπε τοῖς ἄρχουσιν αὐ
is. exite cū eo in mediū
τοῦ· ἐξέλθετε μετ' αὐτοῦ εἰς μέσον τῆς
ciuitatis: τ pdicate vt null⁹ iter=
πόλεως, καὶ κηρύξατε τοῦ μηδένα ἐντυ
pellet aduersus eū de vllo negō=
χάνειν κατ' αὐτοῦ περὶ μηδενὸς πράγ=
cio. τ nullus ei molest⁹ sit
ματος· καὶ μηδεὶς αὐτῷ παρενοχλείτω
de oi rōne τ factū est vt viderūt
περὶ παντὸς λόγου· καὶ ἐγένετο ὡς εἶδον
q̄ interpellabāt gloriā ei⁹ ꝙt
οἱ ἐντυγχάνοντες τὴν δόξαν αὐτοῦ καθὼς
pdicauerūt τ oppertū eū pur
ἐκήρυξαν καὶ περιβεβλημένον αὐτὸν πορ
pura: τ fugerūt oēs. τ glificauit
φύραν, καὶ ἔφυγον πάντες· καὶ ἐδόξασεν
eū rex: τ scripsit eū
αὐτὸν ὁ Βασιλεύς, καὶ ἔγραψεν αὐτὸν
iter primos amicos: τ posuit eū du=
τῶν πρώτων φίλων, καὶ ἔθετο αὐτὸν σρα
cē τ participē principat⁹. τ reuersus est io=
τηγὸν καὶ μεριδάρχην· καὶ ἐπέστρεψεν Ἰω
nathas in hierlm cū pace: τ
νάθαν εἰς Ἱερουσαλὴμ μετ' εἰρήνης καὶ
lctitia. τ in āno quito τ sexagesimo
εὐφροσύνης· καὶ ἐν ἔτει πέμπτῳ καὶ ἑξηκοστῷ

dixisti. Et exiuit ptolemeus de egy
pto ipse & cleopatra filia eius: & ve=
nit ptolemaidā anno centesimo sexa=
gesimo secundo. Et occurrit ei alexan
der rex. Et dedit ei cleopatrā filiam su=
am: & fecit nuptias eius ptolemaide: si
cut reges in magna gloria. Et scripsit
alexander rex ionathe: vt veniret ob=
uiam sibi. Et abiit cuꝫ gloria ptolemai
dam: & occurrit ibi duobus regibus: &
dedit illis argentum multum & aurum
& dona: & inuenit gratiam in conspe=
ctu eorū. Et cōuenerūt aduersus eū vi
ri pestilentes exisrael viri iniqui iter
pellantes aduersus eū: & non intēdit
ad eos rex. Et iussit spoliari ionatham
vestibus suis & induī eum purpura. Et
ita fecerunt. Et collocauit eū rex sede
re secū. Dixitq; principibus suis. Exite
cū eo in mediū ciuitatis: & predicatevt
nemo aduersus euꝫ interpellet de vllo
negocio nec quisq̄ ei molest⁹ sit de vl
la rōne. Et factū est vt viderunt qui iter
pellabant gloriaꝫ eius q̄ predicabātur
& opertū eum purpura: fugerunt om=
nes. Et magnificauit euꝫ rex & scripsit
eum inter primos amicos & posuit eū
ducem & particip̄ principatus. Et re=
uersus est ionathas in hierlm cū pace &
letitia. In āno cētesimo sexagesimo qn
to venit demetri⁹ filiꝰ demetrii a creta i
terram patrum suorum. Et audiuit ale
xander rex & contristatus est valde: &
reuersus est antiochiā. Et cōstituit de=
metrius rex apollonium ducē qui pre
erat cele syrie & congregauit exercitū
magnum & accessit ad iamniam & mi=
sit ad ionatham summum sacerdotem
dicens. Tu solus resistis nobis. Ego au
tem factus sum in derisum & in oppro
briū: propterea quia tu potestatem ad
uersuꝫ nos exerces in montibus. Nūc
ergo si confidis in virtutibus tuis des=
cende ad nos in campum & compare=
mus illic inuicem: quia mecum est vir
tus bellorum. Interroga & disce quis
sum ego & ceteri qui auxilio sunt mi=
hi: qui & dicunt quia non pōt stare pes
vester ante faciem nostram quia bis in
fugam conuersi sunt patres tui in ter=
rā suā. Et nūc quō poteris sustinere e=
quitatum & exercitum tantum in cam
povbi non est lapis neq; saxum neq; lo
cus fugiendi. Vt audiuit autem iona=
thas sermones apollonii: motus est a=
nimo. Et elegit decem milia virorum:
& exiit ab hierusalem: & occurrit ei si
mon frater eius in adiutoriū. Et ap=
plicuerunt castra in ioppen. Et exclu=
clusitleum a ciuitate quia custodia apol
lonii ioppe erati & oppugnauit eam. Et
exterriti qui erant in ciuitate aperuerūt
ei: & obtinuit ionathas ioppē. Et audi
uit apollonius: & admouit tria mi=
lia equitum ooooooooooooooooooo

ooooooooooooooooooooooooooo oooo ooo

ooooooooooooooooooooooooooooooo ooooooo

ooooooooooooooooooooooooooooooooooo

τ centesimo venit demetri⁹ filiꝰ deme
καὶ ἑκατοστῷ ἦλθε Δημήτριος ὁ υἱὸς Δημη
trij de creta in terrā pa
τρίου ἐκ κρήτης εἰς τὴν γῆν τῶν πατέ
trum suox. τ audiuit alexāder rex:
ρων αὐτοῦ· καὶ ἤκουσεν Ἀλέξανδρος ὁ Βα
τ tristatus ē valde. τ reuersus
σιλεύς, καὶ ἐλυπήθη σφόδρα· καὶ ἀπέστρε
est in antiochiā. τ cōstituit de=
ψεν εἰς Ἀντιόχειαν· καὶ κατέστησε Δη=
metrius apollonij q̄ erat sup cele
μήτριος Ἀπολλώνιον ὃν ἦν ἐπὶ κοίλης
syrie. τ cōgregauit exercitū magnū:
Συρίας· καὶ συνήγαγε δύναμιν μεγάλην,
τ posuit castra in iamnia. τ mi=
καὶ παρενέβαλεν ἐν Ἰαμνεία· καὶ ἀπέστει
sit ad ionathā sūmū sacerdotē dicēs
λε πρὸς Ἰωνάθαν τὸν ἀρχιερέα λέγων·
tu solissim⁹ extolleris cōtra nos: ego asit
σὺ μονώτατος ἐπαίρῃ ἐφ' ἡμᾶς, ἐγὼ δὲ
fact⁹ sum in derisum τ in oppro
ἐξουθενήθην εἰς καταγέλωτα καὶ εἰς ὀνειδι=
briū ppte. τ eo qptātē exerces aduersꝰ nos
σμὸν διὰ σέ· καὶ διατί ἐξουσιάζῃ ἐφ' ἡμᾶς
in mōtib⁹ nūc igit̄ si cōfidis in
ἐν τοῖς ὄρεσι. νῦν οὖν εἰ πέποιθας ἐπὶ
exercitib⁹ tuis: descēde ad nos
ταῖς δυνάμεσί σου, κατάβηθι πρὸς ἡμᾶς
in cāpū: τ cōparemur adiuicē
εἰς τὸ πεδίον, καὶ συγκριθῶμεν ἑαυτοῖς
illic. q: mecū est exercitus vi=
ἐκεῖ. ὅτι μετ' ἐμοῦ ἐσι δύναμις τῶν πο'
biū. iterroga τ disce q̄s sum τ
λεων· ἐρώτησον καὶ μάθε τίς εἰμι καὶ
